

cessio satis ampla præcesserit, quia temporalis fuit, ad alias fuit necessario provocandum. Et Pij V. habetur alia, de qua citato num. 181. quia tamen dubius intellectus ob declarationem Innocentij X. certius aliquid requirendum & habetur illud in Bullâ eiusdem Innocentij puncto vigente, concessionibus similibus Pauli V. & Urbani VIII. iam finitis, & ibidem confirmatis. Sic ergo ille habet: *eisdemque, ut semel ab aliquo illarum partium Episcopo approbati ad prædicandum, Confessiones audiant, & Missas celebrandum, in Ecclesiis & Oratorijs Societatis IESV prædictæ, pro ministeriorum huiusmodi exercitio ulterius licentiam & approbationem ab alijs Episcopis, quatenus distent ultra duas dietas, petere seu habere minime teneantur, sed absque illis præmissa facere possunt. Si vero Episcopus ab Ecclesia vel loco ubi prædicatur, vel Confessiones audiuntur, non distet ultra præfatas duas dietas, tunc licentia etiam alterius Ordinarij ita vicini prius obtineri debeat, quæ tamen per epistolam etiam impetrari possit.* Hæc Pontifex. Circa quæ quia nonnulla obseruatione digna occurrunt, pro illis

Innocentij X. verba.

Assertio 1. facultatem audiendi confessiones non esse locis designatis adstrictam.

330 Dico primò. Quod de approbatione pro Ecclesijs & Oratorijs Societatis dicitur, non est ad Confessiones referendum: unde approbatio talis non est locis adstricta, sed generaliter accipienda. Id videtur clarum: quia priuilegium hoc Societati conceditur ad vltim ordinarium huiusmodi ministerij: illud autem non solum in Ecclesijs & Oratorijs proprijs, sed in priuatis domibus, ad quas pro infirmis vocantur, in Missionibus, & alienis Ecclesijs solet exerceri: non est ergo ad nominata loca vltatenus adstringendum. Quod & de alijs dicendum pariter. Et quod ad Missas attinet, sine priuilegio id fieri potest: de approbatione autem & licentia ad prædicandum pro Ecclesijs alijs nihil specialiter dictum, quia ij, qui idonei iudicantur ad prædicandum in suis Ecclesijs, idonei etiam reputantur à Pontifice, vt in alijs possunt prædicare: cum & audietes iudem esse possunt, & Religiosæ Ecclesiæ satis graues & celebres sint, & non raro Cathedralibus ipsis celebriores: quod quidem ad Ecclesiæ Catholicæ decus & ornamentum, consequenterque ad Christi gloriam egregie conducit. Quod etiam constat ex generalitate verborum, quibus Pontifex vtitur, dum addit: *Pro ministeriorum huiusmodi exercitio ulterius licentiam & approbationem ab alijs Episcopis.*

Circa prædicationem quid specialiter concedatur. Et quod sola benedictio Episcopi pro Ecclesijs proprijs exigatur.

Concilium Tridentinum id statuit.

331 Est etiam pro eodem ratio alia, verbis prædictis amplius ponderatis, in quibus de licentia & approbatione agitur. Nam ad prædicandum in proprijs Ecclesijs Religiosi non indigent approbatione & licentiâ, sed tantum Episcopali benedictione, vt constat ex Concilio Trident. Sessio 5. Cap. 2. de Reformat. ibi. *Cum qua licentia (Superiorem) personaliter se coram Episcopis presentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant.* Sic Concilium: pro quo & extat declaratio Cardinalium apud Barbolam circa citatum Caput, qui pro eadem adducit Fr. Emmanuelem, Ricium, & P. Reginaldum. Et extat etiam manifesta decisio Innocentij X. de qua num. 181. vbi Patres Societatis solâ benedictione, & non approbatione ac licentiâ Episcoporum indigere ait, vt in suis Ecclesijs concionentur. Quod si eam dare no-

lunt, eo non obstante concionari posse, Citati affirmant, quia petita requiritur, non obtenta. Sed in casus contingentia vitandâ turbellâ, & cautè ac prudenter procedendum. Quoties autem, & qualiter peti debeat, videri potest apud P. Pellizarium, Tract. 8. Cap. 4. num. 111. & 12. Cum ergo approbatio & licentia necessaria non sint, dum à Pontifice conceditur, vt cum approbatione & licentiâ in suis Ecclesijs semel obtentâ concionari possint, ad generale facultatem id faciendi videtur referendum, iuxta ea quæ Concilium citato loco præscribit, dum ad prædicandum in Ecclesijs, quæ Ordinum non sunt, quorum ipsi sunt alumni, licentiam petendam his verbis iubet: *In Ecclesijs vero, quæ suorum Ordinum non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopali licentiam habere teneantur, sine quo in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint: ipsam autem licentiam gratis Episcopi concedant.* Sic Concilium. Vbi obseruandum, non approbationem Episcopi, quæ aliquod videtur examen indicare, sed solam licentiam necessariam esse decerni. Et ita tenent plures, quos adducit & sequitur P. Pellizarius supra num. 22. & 23. in quibus est Diana Parte 3. Tract. 2. Resolutio 111. qui videndus etiam Parte 4. Tract. 4. Resolut. 22. vbi adductâ declaratione Cardinalium in contrarium, videtur hæere. Sed de illâ non esse curandum affirmat Pellizarius, stante in contrarium Bullâ Leonis X.

Pro Ecclesijs alienis licentia necessaria ex eodem sed non examen.

Ex priuilegio autem Innocentij X. eam non requiritur, suppositâ ea, quæ datur pro Ecclesijs proprijs.

332. Cum ergo in priuilegio licentiæ & approbationis ratio habeatur ad prædicandum in Ecclesijs Ordinum, quod proprium est respectu Ecclesiarum, quæ Ordinum non sunt, id genus superabundantis subiectionis merito existimatur sufficiens, vt ad Ecclesias, quæ Ordinis proprii non sunt, licentia talis extendatur. Quidquid igitur illud est, quod hoc priuilegio conceditur, generale existimari debet, vt vnica generis dicti approbatio tantum requiratur. Neque positioni isti aduersatur, quod in Breui citato Innocentij X. habetur, vbi tantum pro Ecclesijs proprijs benedictio requisita statuitur, cum circa alias dispositioni iuris videatur relinqui, quandoquidem exceptio firmat regulam in contrarium. Nam reuera id damus, quod obiectione contenditur. Sed fauorabili priuilegij explicatione. Cum enim pro Ecclesijs proprijs sola petatur benedictio, non est credendum in priuilegio plus aliquid contineri; iam enim priuilegium non esset. Sed noui oneris impositio. Alia ergo quæ adduntur de approbatione & licentiâ, ad ampliore effectum sunt trahenda, & ita iam pro Ecclesijs alienis licentia additur, quam Pontifex etiam in Indijs statuit requirendam. Et hoc pacto priuilegium dictum habet rationem talis; nam alio modo nihil videtur licere per illud, quod sine ipso non etiam licitum haberetur. Prædicare enim in proprijs Ecclesijs cum solâ Episcopi benedictione, & in alienis cum eorum approbatione & licentiâ, sine priuilegio licet, quandoquidem id à Concilio manifestè constat attributum. Neque enim dici potest priuilegium tantum concedi pro casu distantie in eodem expresso, & in alijs iuris communis dispositioni relinqui: nam id est incredibile alias Pontifex sicut locutus de Ecclesijs proprijs fuit, ita etiam

de

de alienis fuisse locutus. Quod eum non fecerit, perspicuum ex eo habetur id quod de proprijs dixit, ad alias modo dicto extendendum voluisse.

Ad prædicandum in plateis an licentia necessaria, aut quid aliud.

333 Quia verò Concilium de solis Ecclesijs proprijs & alienis est locutum, videtur aliquibus sine licentia aut benedictione posse Religiosos in plateis publicis concionari. Sic Lezana, quam adducit & sequitur P. Pellizarius supra num. 32. ob rationem insinuatam: Et id quidem tenendum tamquam probabile; quod tamen aliàs est difficile, cum eadem prorursus ratio, & forte maior, in huiusmodi concionibus inueniatur. Et quod Ecclesiæ tantum nominatæ sint, propterea fuit, quia in illis ordinariè prædicari solet, & ita pro communi exemplo appositæ sunt. Quando autem aliquid ita in dispositionibus Pontificijs aut Ciuilibus apponitur, non solet generalitatem coarctare, quia exempla non arctant regulam, vt est communis Scribentium canon, ex Glossa in Cap. Quod Dei timorem, de statu Monachorum. Pro quo Marius Antoninus Lib. 2. Variarum Resolut. 56. num. 26. P. Thomas Sanchez Lib. 1. de Matrim. Dissur. 59. num. 6. Nihilominus quia probabile est quod citati Scriptores dicunt, illius ratio reddi potest ex eo quod prædicatio in plateis, compitis, scalis furcarum, & similibus, non fit cum cæremonijs sacris, neque vt res sacra tractatur, sicut ea, quæ fit in Ecclesijs, in quibus benedictio à Celebrante petitur, & Missæ officium interruptur. Et licet in Ecclesijs sine prædictis etiam prædicari contingat, vt in concionibus vespertinis: quia tamen illæ eiusdem solent auctoritatis reputari, & quandoque maioris, videanturque esse vespertini Officij complementum; pro illis est etiam benedictio requisita. De lectionibus autem sacris alia videtur esse ratio, sicut & de exhortationibus, quæ non in suggestu, sed sedendo haberi solent. Sed cum benedictio facilè haberi possit generaliter ad prædicationem, non est circa hoc cum tot limitationibus procedendum. Et hoc circa prædicationem hic intem dictum sit, vbi tamen de Confessoriorum approbatione agimus, quia ob connexionem in eadem clausula, conueniens vltim esse connexa etiam explicationis fibula præbuisse.

Ratio cur necessaria non sit, iuxta probabilem sententiam.

Assertio 2. Priuilegium dicto aliquid concedi, per commune non licet.

Priuilegiū commune.

334 Dico secundò. Prædictum priuilegium aliquid concedit, quod per priuilegium Societati commune non liceat. Huius tenor sic habet verb. *Confessarius §. 2. Confessarij nostri, ac Prædicatores ab aliquo Ordinario semel approbati, & à suis Superioribus ad huiusmodi munera deputati, quandoque, siue mari, siue terrâ, iter faciunt, possunt, non repugnantibus tamen Curatis Parochialium Ecclesiarum, verbum Dei prædicare, & quorumcumque Christi fidelium Confessiones audire; dummodo id non faciant in oppidis aut locis, in quibus Ordinarij existunt, nisi eorum licentiâ desuper obtentâ.* Gregorius XIII. pag. 146. & seq. Est Bulla quæ incipit *Decet Romanum die 3. Maij. Ann. 1575.* in primis priuilegium hoc tantum est pro itinerantibus: unde non itinerantes aliter se gerere debent; vt in Instructione dicitur, quando scilicet aliqui ad Missionem tendunt in aliquâ diocesi faciendam: *per eam enim excurrere non debent, antequam rectè ad Episcopum, vel eo absente, ad eius Vicarium ten-*

Instructione circa de.

dant, illi se offerant, & facultatem fructificandi obtineant: quod si longè absint, petant per litteras. Sic Instructio. Priuilegium autem Indicium generale est, & etiam ad eos, qui in loco aliquo degunt, extenditur, si distantia ea sit, quæ in eodem explicatur. Cum tamen alibi, etiam si plus distent, licentiam petere teneantur.

gentes in aliquo loco.

335 Deinde. In priuilegio Gregorij dicitur ministeria dicta posse exerceri ab itinerantibus, non repugnantibus tamen Curatis Parochialium Ecclesiarum; quod in priuilegio Innocentij non habetur: unde in rigore videtur ita fieri posse, quidquid de conuenientia sit. Neque insolitum est vt priuilegia hoc modo concedantur, aliqua enim talia inueniuntur, vt videri potest apud P. Pellizarium supra num. 33. vbi de prædicatione, in quo plus videtur difficultatis esse, determinant. Et ratio est obuia: quia Summus Parochus omnium Ecclesiarum est Pontifex, & ita inferioribus sibi pleno iure subiectis prorursus inuitis, in sua domo potest Religiosis talem licentiam dilargiri. Eâ tamen non vt conuenientius erit regulariter loquendo: quod quidem in Regulis eorum, qui in Missionibus versantur, ita habetur: quandoquidem si secus fiat, neque fructus ministeriorum talis esse, qualis à Societate expectitur, poterit, neque sine populorum scandalo eâ in concertatione procedi. *Eosque omnes, tam Ecclesiasticos, præcipue Parochos, quam Sæculares, quorum auctoritate aut fauore opus habent, bene uolentes sibi facere studeant.* Sic Regula 7. Quod licet in Missionibus, & alijs, ita regulariter seruandum sit; casus tamen occurrere potest, in quo liceat Religiosis traditâ sibi à Pontificibus vt laudabiliter potestate: sin minus Parochorum contradictionibus irrationabiliter obrutis, eorum priuilegia poterunt reddi prorursus inutilia; & Dei gloria, atque animarum salus multipliciter impediti. Videatur Bonacina Tomo 1. Dissur. 5. Puncto 4. numer. 18. §. Hinc ergo, & alij apud ipsum.

Inuitia Parochus, posse in Indijs prædicari, &c. sed non expedire regulariter.

Regula Missionariorum.

Aliquando posse expedire.

336 Præterea. Quia difficultas esse potest an approbatus ab aliquo Episcopo, si à diocesi abeat, & post diurnam in alio loco habitationem redeat eodem viuente, nouam licentiam petere debeat. Licet communiter negent Doctores, & ita praxim habere affirmet P. Pellizarius Tract. 8. Cap. 3. num. 40. post P. Fagundez Lib. 7. in 2. Ecclesiæ Præceptum Cap. 2. num. 20. vbi plures adducit: Per priuilegium Indicium omnis tollitur ambiguitas, vt patet ex verbis illis: *Vterius licentiam & approbationem ab alijs Episcopis, quatenus distent per duas dietas, petere aut habere minime teneantur.* Pro alijs ergo Episcopis illud conceditur, cum pro eodem nihil tale necessarium supponatur. Siue ergo ille distet per duas dietas, siue non, vltior recursus pro licentia ad diocesim reuertenti, etiam post mutatum domicilium, necessarius non est. Quod & sequentia indicant, ibi, *Alterius Ordinarij.* Et addo videri ex præfatis sequi habentem approbationem ab Episcopo, si in aliam diocesim tendat, ad quam ille promotus est, nouâ non indigere cum alius Episcopus absolute non sit, & sufficientia approbati sit illi omnino perspecta. Sed hoc non est adeo certum, vt prius illud.

Etiam post mutatum domicilium non est necessaria approbatio ab eodem Episcopo.

Casus magis specialis.

337 Immo si alius Episcopus in diocesi sit,



Neque à ſucceſſore, ſicuti ve- roſimilem Privilegij intellectū.

Immo ex ſine privi- legio, juxta multorum ſententiā.

Aſſertio 3. numquam eſſe neceſſariam duplicis licentiam Ordinarj.

Privilegiū Innocentij X.

ad quam pro eā approbatus revertitur, non eſſe nouam licentiam neceſſariam, ex eiſdem privi- legij tenore deduci videtur. Nam verba illa, Ab alijs Episcopis, verificantur viuente eo, qui licentiam dedit: atqui illi ſunt Episcopos aliarum dice- ceſum: ergo de illis intelligendum eſt privile- gium. Et quidem cum fauorabile ſit, ita inter- pretandum venit, iuxta dicta non vno in loco. Præſertim quia ſententia valde probabilis eſt ſic reuertentem non indigere nouā approbatione, etiamſi Episcopos mortuus ſit, & ſucceſſor datas à prædeceſſore licentias minimè reuocari. Sic Nauarrus, Rebuffus, Antonius Gabriel, & alij, quos adducit & ſequitur P. Fagundez ſuprà; iun- ctis iis, quæ habet num. 34. P. Pellizarius num. 40. & colligitur ex doctrinā aliorum, qui cum dicant eum, qui reuertitur viuente Episco- po, non indigere nouā approbatione, etiam generaliter aſſerunt morte approbantis non expirare approbationem, apud Patrem Fagundez ſuprà: pro quo & plures adducit Bo- nacina ſuprà; Puncto 3. numer. 2. & eſt recep- tiſſima ſententia. Et ſucceſſorem non poſſe examinare aut ſuſpendere examinatum & appro- batum à prædeceſſore, niſi in caſu particulari, tenent etiam ij, quos adducit Diana Parte 11. Tractat. 3. Reſolut. 52. in quibus eſt P. Dicatillus. Quandoquidem ergo ſine privilegio aliquo re- uerſus ad eundem Episcopatum nouā approba- tione non indiget, non eſt mirum ſi ad id pri- uilegium dicamus extendi, vt ſcilicet id certius liceat. Sicut de priori caſu dicebamus, quia mu- tatione domicilij videtur licentia penitus diſpe- riri.

338 Dico tertio. Non eſt neceſſaria vni- quam duplicis Ordinarj approbatio aut licentia ad audiendas Confeſſiones. Hanc Aſſertionem propono privilegij explicandi gratiā, in quo op- poſitum videtur indicari. Sic enim in eo dicitur: Si verò Episcopos ab Eccleſia, vel loco, vbi prædicatur, vel Confeſſiones audiuntur, non diſtet vltra prædictas duas diæſas, tunc licentia etiam alterius Ordinarj ita vicini prius obtineri debeat. Vbi cum alterius Ordinarj ab eo, qui licentiam conceſſit, etiam obtinenda dicitur, duæ videtur licentiæ prærequiri. Cum enim dicitur, ſi Episcopos non diſtet; dicen- dum in ſequentibus videbatur, Tunc licentia eius prius obtineri debeat. Non tamen ſic dicitur, ſed Tunc licentia etiam alterius Ordinarj ita vicini, &c. ergo eſt vnus & alter reſpectu eiſdem. Sed certè alius eſt privilegij ſenſus, licet verbis po- tuerit clarioribus illius forma componi: ſcilicet ſemel approbatum ab vno Episcopos, ab alijs per duas diæſas non diſtantibus etiam debere licentiam obtinere. Cum ergo dicitur: Si verò Episco- pus ab Eccleſia, vel loco non diſtet, non eſt fermo de Episcopos, qui licentiam conceſſit, ſed de eo, qui non diſtat à loco, vbi miniſteria exercentur, de quo proximè fermo præceſſerat verbis illis: Ap- probationem ab alijs Episcopos quatenus diſtent, &c. Vbi quia ipſi plurali locutio fuerat, dicendum ſta- tim videbatur: Si verò Episcopos ab Eccleſia, vel loco non diſtent. Non tamen ſic dictum, quia in ſin- gulari conuenientior viſa eſt. Additum tamen: Tunc licentia etiam alterius Ordinarj, &c. vt omni- no conſtaret non eſſe ſermonem de Episcopos, qui licentiam conceſſerat: poterat enim exiſti-

mare aliquis licentiam petitam ab Ordinarjo, qui per duas non diſtat diæſas, ſufficientem eſſe ad generalem vbique miniſteriorum functionem. Quòd autem is, qui prius dictus fuerat Episco- pus, ſtatim Ordinarjus dicitur, obſtare nequit, quia Episcopos eo nomine ſolet frequentiffimè designari. Pro quo tamen noua videtur difficul- tas emergere; an ſcilicet ſi Episcopos non exiſtat intra duas diæſas, ſed Capitulum, aut Vi- carius Generalis Sede vacante aut plenā, privi- legium de illis intelligendum veniat, quatenus Ordinarj nomine intelligi conſueuerunt. Circa quod

339 Dico quarto. Iuxta privilegij tenorem dicendum videtur ſolùm ab Episcopos, quando per duas diæſas non diſtant, licentiam eſſe pe- tendam. Et ita neque Capitulum, neque Vicari- um Generale, plenā aut vacante Eccleſiæ Sede pro obtinendā illā neceſſariò adendum. Conſtat ex nuper dictis: nam licet in privilegio Ordinarj mentio fiat, eo tamen nomine Episco- pus intelligitur: ergo ab illo tantum, & non ab alijs licentia eſt obtinenda. Bene verum eſt com- mune Doctorem ſententiam, & receptiſſimam praxim tenere, cum in Concilio Tridentino Seſſione 23. Cap. 15. de Reformatione, approba- tionem etiam Regularium ab Episcopos obtinendam decernitur, nomine Episcopos Ordina- rium intelligi, etiamſi Episcopos non ſit. Quan- do verò de privilegij agit, quæ ad animarum ſalutem, propagationem fidei, & religionis in- crementum conceduntur, alia ratio eſt: tunc enim ampla faciendā interpretatio, & ſtandum verbis, vbi odioſum aliquid intercedit. Et in ordine ad approbationem diſcrimen aliquod inter Episcopos & Capitulum, ac Vicarium neceſſariò eſſe conſtituendum, multorum Doctorem ſententia eſt, dum dicunt, Capitu- lum quidem, ſi de rigore iuris loquamur, reuocare poſſe licentias Regularibus conceſſas ad prædicta miniſteria: attentis autem privilegij non poſſe, de quibus P. Fagundez ſuprà num. 28. P. Pellizarius Cap. 3. num. 44. cum alijs. P. Martinon Tomo 5. Diſput. 53. num. 74. Idem autem eſſe de Vicario ſatis videtur manifeſtum, qui Capitulo habetur inferior: & ita non poſſe Regulares ſuſpendere à munere Confeſſiones audiendi, ſicut poſſe Episcopos in caſibus permiſſis, tenet cum alijs Diana Parte 3. Tractat. 2. Reſolut. 27. & Parte 8. Tractat. 7. Reſolut. 94. Regularem etiam, qui benedictionem ab Episcopos accepit ad prædicandum in Eccleſiis ſui Ordinis ſi moriatur Episcopos, non teneri ad benedi- ctionem à Vicario petendam, & proportiona- liter idem in approbatione ad Confeſſiones au- diendas euenire, tamquam probabile cum doctis Neoterics tenet P. Pellizarius ſuprà Cap. 4. num. 9. Non ergo mirum videri debet ſi per privilegium Indicum, cum ex eorum genere ſit, quæ magis eſſe ſpecialia congruit, tale aliquid concedatur. Cum alijs conſtans aliquando ſententia fuerit Religioſos in Indijs ſine approbatione Episcopos- rum potuiſſe Confeſſiones audire, ſic intellectā Pij V. ampliffimā conceſſione, & Pontificū alio- rum. Stant ergo neceſſitate Episcopalis approba- tionis, quòd circa Capitulum & Vicarium aliquid ſpecialē indultū ſit, non debet vt abſolutè reiectari.

Aſſertio 4. à Capitulo aut Vicario non videri licentiam neceſſario petendam.

Circa multa diuerſa eorum eſſe rationem.

Aſſertio 5. circa licentiam per epistolam. Vbi quid ſpecialē concedatur, cum alijs id liceat.

Quando nequeunt Episcopos eos qui licentiam petunt, ad comparandum obligari.

Semel approbatum poſſe vbique ex Parochia conſeſſi Confeſſiones audire, multorum opinio. Circa quod amplior Re- ligioſorum facultas, quia ſine li- centia illorū poſſunt.

340 Dico quinto. Quod in privilegio tan- dem dicitur verbis illis: Quæ tamen per epistolam etiam impetrari poſſit; licentia inquam; attento eiſdem tenore, de licentia intelligendum videtur, quæ iam approbato conferri ab alijs Episco- pis poſteſt. Cum ergo aliquis primò ad audien- das Confeſſiones à Superioribus exponitur, aliter videtur dicendum: debere inquam comparere, quia aliter iudicium eſſormari de ſic expoſiti ſufficienciā ab Episcopos poſteſt, ac de eo qui tunc primò ad miniſterij dicti difficile exercitium accedit. Quo pacto nihil videtur ſpecialē per privile- gium haberi; cum tamen valde ſit verofimile pro ſpeciali aliquā gratiā fuiſſe conceſſum: id enim, dum clarè aliud non conſtat, ſemper debemus æſtimare. Poſſe namque licentiam per episto- lam obtineri certa res eſt, vnde & in Adnotatio- ne ad §. 2. verb. Confeſſarius, in Compendio com- muni id tamquam certum ſtatuitur, vt vidimus, num. 334. verbis illis: Quod ſi longè abſint, petant per litteras: quod & expreſſe deciſum ab Inno- centio X. in citato Breui, contra id, quod Ang- elopolitanus Episcopos contendeat. Immo & ore tenus. Ideò dicendum videtur Episcopos non debere ſic petentes ad comparandum obli- gare: licet enim ex diſpoſitione Concilij citato Cap. 15. examinare poſſint etiam Regulares, & ita non comparentibus approbationem denegare: in caſu autem dicto, cum abſolutè de ſufficienciā conſtat, neque ſit quidquam in contrarium, me- ritò vult Pontifex vt licentia ſic petenti tribua- tur. Et quidem Concilium ad habendam ido- neitatis notitiam, non requirit examen, vnde ad- dit: Aut alias idoneus iudicetur, in quo magna eſt latitudo. Videatur P. Fagundez ſuprà, num. 70. Poſteſt ergo ſic petentem idoneum alijs iudicare, quo pacto concedere licentiam præſenti deberet. Pro quo videndus P. Martinon ſuprà num. 39. ergo & abſenti, ſi non eſſet commoditas acceſſus. Quid ergo mirum ſi Pontifex ad conceſſionem obliget, in quo vix onus aliquale Episcopos im- ponitur, pro quorum exonerandā conſcientiā Societas noſtra deſudat? Si præſertim addamus opinionem eſſe multorum ſemel approbatum generaliter, vltiori approbatione non egere, niſi ad alium Episcopatum accedens approbatio- ne habitā vti prohibeatur: pro quā militat P. Bauny Tomo 1. Tractat. 4. Quæſt. 4. §. Dico primò, vbi alios pro eadem adducit. Vbi licet de Sacer- dotibus alijs loquens, id ita temperet, vt in Epi- ſcopatibus alijs Confeſſiones audire nequeant, niſi à Parochis inuitati, quia præter approbatio- nem debent eis oues aſſignari, & in poteſtate approbantis non fuit alienas committere, quam- uis iudicium illius de idoneitate vniuerſalem effi- caciā habeat, ſicut habent alia authentica in- ſtrumenta. Circa quod omnino conſentit P. Di- catillus Tractatu 8. Diſput. 10. Dub. 9. omnino & videndus. In Religioſis autem aliam dicit eſſe rationem, quibus à Pontifice iuridictio tribui- tur dependenter ab approbatione: qui vniuer- ſalis Paſtor cum ſit, omnes illis poſteſt oues com- mendare. Pro quo præſertim in fine, cum Mag. Candido, quem citat, de Confeſſione, Diſquiſit. 24. art. 5. Dub. 9. & de quo etiam P. Martinon num. 39. citato. & P. Amicus Tomo 8. Diſput. 15. num. 123. cum limitatione quadam, de quā & P. Æ-

gidius Diſput. 8. Dub. 7. & Innocentij X. Decre- to conformi. Et P. Leſſius circa Additiones D. Tho- me q. 8. num. 17. Nec non Hieron. Pharaonius Tractat. 1. Seſſione 17. Caſu 15. vbi ex Quaranta ſpecialē privilegium etiam adducit, & alij apud Dianam Parte 10. Tractat. 14. Reſolut. 23. Vbi er- go opinio talis eſt, hucusque non penitus impro- bata, quidquid dicat Dom. Reyna Tomo 1. de Perſeſto Præſato, pag. 89. non debet DD. Episco- pis intolerabile videri, ſi minimum aliquod ex illā, ratione privilegiorum in Indijs licere Religioſis aſſeramus.

341 Et cum ſententiā dicta ita generalis fue- rit, non equidem minis verofimile reputari de- bet quòd docti aliqui circa Indijs cenſuerunt: non inquam eſſe neceſſariam Ordinariorum ap- probationem, ſed Superiorum Religionis ad quos ſpectat Confeſſariorum approbare. Quod quidem in Societate facilius oſtenditur, & per communicationem ad Ordines alios deriuandū. Paulus enim III. privilegium eidem conceſſit, de quo Compendium Indicum verb. Abſolutio, & Nos ſuprà, n. 293. & 294. in quo Gene- rali facultatem tribuit mittendi in terras infide- lium, & concedendi item facultatem eiſdem vt fi- deles ibi commorantes abſoluere poſſint à caſi- bus ibidem expreſſis. Conceſſa ſibi facultate ab eo- dem Præſepo fideles ibi commorantes, conſeſſione ſua- rum peccatorum audiri, &c. abſoluere. Verba privi- legij ſunt: vbi quidem Episcopos mentione nulla, ſicut neque in Adnotationibus. Nec mi- rum eſt à Pontifice non adiectam, quia cum pri- uilegium dictum ante promulgationem Concilij Tridentini fuerit, quando licentia & approbatio Episcopos neceſſaria non erat, neque erat cur ad- di debuiffet. Hoc autem privilegium poſt Con- cilium vim ſuam retinuiſſe ex eo conſtat, quòd non ſolùm à Iulio III. qui etiam Concilij pro- mulgationem anteuit, ſed etiam à Gregorio XIII. pro maiori eſt cautela conceſſum, vt vidi- mus citato num. 293. & quidem cum omnibus ſuis qualitatibus, vt verba illa eiſdem indicant: Prout per dictos prædeceſſores conceſſa fuit. Dictio enim Prout, eſt reſeruatia & repetitiua omnium qualita- tum præcedentium, vt tenent multi quos reſert & ſequitur Ioannes Garcia de Hiſpanorum nobilitate Titul. Diſſo, num. 51. Verba etiam illa, pro potiore cauſela, continere nouam conceſſio- nem tenet Rota cum alijs Parte 2. ex libro Decifio- num nouorum. Decifione 36. num. 7. Quod & ſatis declarant verba illa: De nouo conceſſimus. Pro quo etiam faciunt ſupplicationis verba in eadem Bullā inſerta, dum dicitur: Ipſe quoque Præſepus, & Presbyteri Societatis huiſmodi, pro tempore, & loco- rum ratione eandem facultatem confirmari ac alijs de nouo ſibi concedi deſiderant, ſic ibi. Et licet Con- cilium dicat, Privilegijs non obſtantibus, per id non excluduntur privilegia poſt ipſum concedenda, ſed ante illud conceſſa: & ita eiſdem ſtantibus non requiri Episcopos approbationem, tenet Corduba in Summā, quæſt. 10. dub. 3. P. Suarez Tomo 4. in 3. p. Diſput. 28. Sect. 4. num. 9. & alij. Quamvis autem idem Gregorius in Bullā citatā mentionem faciat approbationis Episcopos, dicens vnus ſufficere; id quidem non eſt ad con- ceſſionem pro Confeſſarijs referendum, pro quo non erat noua neceſſaria conceſſio, ſed ad alia

In Indijs neceſſaria non eſſe Præ Regularibus Episcopos approbationē ſententiā aliquorū.

Privilegiū Pauli III.

A Gregorij XIII. confirmatum.

Concilium non exclu- dere privi- legia conce- denda.